



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XXVI. Johann und Mathias von Jagow überlassen dem Kloster alle ihre Rechte auf 5 Hufen in Kläden (1293?).

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

nedictionibus et metet vitam eternam. Cum igitur dilectus filius Prepositus in Arneffe verdenfis dyocesis et sanctimonialis in eodem loco deo consecrate ad promocionem ecclesie sue diligenter intendant, nec ac hoc sibi proprie suppetant facultates, Vniuersitatem vestram monemus et hortamur in domino ac in remissionem vobis iniungimus peccatorum, quatenus eidem ecclesie pias elemosinas et grata subsidia erogetis, ut et ipsa ecclesia vestro valeat auxilio promoueri, et vos per hec et alia bona, que deo inspirante feceritis, possitis ad eterne felicitatis gaudia peruenire. Nos autem de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus vere penitentibus et confessis, qui predictam ecclesiam in Natiuitate beate virginis marie aut in Annuario dedicacionis die deuocionis gracia visitauerint, viginti quinque dies de iniuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus. Datum Reate, II. kalendas Augusti, Pontificatus nostri Anno nono.

XXV. Johann und Mathias von Jagow überlassen dem Kloster Arendsee das Lehn über den Schulzen in Kläden, im Jahre 1293.

Que geruntur in tempore ne simul labantur cum lapsu temporis poni solent in lingua testium vel scripture memoria perhennari. Hinc est, quod nos Johannes et Mathias dicti de Jaghow istius tenore pagine notum facimus tam presentibus quam futuris, quod vnus mansi et decem solidorum feodum, quod Scultetus sine villicus in villa Clodene de manu nostra tenuit, Pro salute et Remedio animarum nostrarum, patris nostri ac matris nostre, claustro in arneffe ad vsum sanctimonialium ibidem iugiter die noctuque domino famulancium contulimus omni Jure. Vt igitur hec donacio firma et inuolabilis perferret, eidem cenebio super hoc scriptum nostrum dedimus et illud Sigilli nostri appensione fecimus communiri. Testes huius donacionis sunt Ludolfus, quondam eiusdem claustri prepositus, Wernerus miles dictus de Sculenborch, Bodo miles dictus de Walfoue. Datum anno domini Millefimo ducentesimo XCIII°.

XXVI. Johann und Mathias von Jagow überlassen dem Kloster alle ihre Rechte auf 5 Hufen in Kläden (1293?).

Litteris presentibus protestamur, Quod nos fratres Johannes et Mathias dicti de Jaghowe omne Jus, quod habuimus in quinque mansis in villa Clodene, Sanctimonialibus in Arneffe donauimus propter deum. Ne igitur in Posterum exinde contencio oriatur, nostri sigilli munimine fecimus roborari.